

h. 113, 27.

x 202 3590

II

Yd
1990

AEDES MUSARVM
GYMNASII MERSEBURGENSIS

AVSPICIIS

REVERENDISSIMI SERENISSIMIQUE
PRINCIPIS AC DOMINI

D. N. CHRISTIANI

DVCIS SAX. IVL. CLIV. ET

MONT. POSTVLATI ADMINISTRATORIS EPI-

SCOPATVS MERSEBURGICI LANDGRAVIITHV-

RINGIAE MARCHIONIS MISNIAE ET LVSA-

TIAE VTRIVSQUE PRINCIPIS HENNEBER-

GIAE COMITIS DE MARCA ET RAVENS-

PVRG DYNASTAE RAVENSTEINI

PATRIS PATRIAE CLEMENTISSIMI

RENOVATA

A. D. IV FEBRVARII POST VIII

HORAM MATVTINAM

RITE ET AVGVATO

DEDICABITVR.

AD SACRAM PANEGYRIN INVITAT

RECTOR

M. CHRISTOPHORVS CELLARIVS.

MERSEBURGI

Typis CHRISTIANI GOTTSCHIKII.



BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

*M. Chr. Paule
Zu g. Land.*

COMMUNION MEMBERS BOOKS

D. M. C. H. O. P. H. O. R. V. S.

D. V. O. I. S. S. A. S. I. A. S.

M. O. N. T. F. O. R. E. M. O. N. T. A. R. I. A. S.

S. O. P. A. T. I. V. E. M. E. R. S. S. E. R. G. I. G. I. S.

L. I. N. G. I. A. S. M. A. R. T. I. R. I. O. N. U. M.

T. I. A. S. S. E. R. V. A. T. I. O. N. E. S.

S. I. A. S. C. O. M. M. U. N. I. T. A. T. I. O. N. E.

P. A. T. R. I. S. P. A. T. R. I. A. S.

A. D. I. V. E. R. S. A. R. I. A. S.

A. D. I. V. E. R. S. A. R. I. A. S.

A. D. I. V. E. R. S. A. R. I. A. S.

A. D. I. V. E. R. S. A. R. I. A. S.

A. D. I. V. E. R. S. A. R. I. A. S.

A. D. I. V. E. R. S. A. R. I. A. S.

A. D. I. V. E. R. S. A. R. I. A. S.

A. D. I. V. E. R. S. A. R. I. A. S.

A. D. I. V. E. R. S. A. R. I. A. S.

A. D. I. V. E. R. S. A. R. I. A. S.



Asia
Gra
& O
xit.
offi
opp
tran
tati
cor
les
ma
ful
Pw
eru
fui
gu
pro
con
tat
co
qu
co





Romanorum magnitudinem, tanquam principis gentis, ut nemo negat; ita pleræque provinciarum culturam sui & cum barbarie humanitatis permutationem eidem populo acceptam referunt. Græcia artes inuenit, non autem inuide seruauit, verum ex Piræo, ut Tullius dixit, in Asiam & aliorum enauigare permisit: Roma perpoliuit, quod Græcia cœperat, & innumeras sapientiarum colonias in Septentrionem & Occidentem, quo nemo Græcorum peruenerat, ulterius deduxit. Non solum enim per Italiam aut Galliam Cisalpinam Romani officinas litterarum instituerunt, ut de Mediolano, Como & aliis oppidis Circumpadanæ regionis Plinius Secundus auctor est: sed trans Alpes etiam & ultra Pyrenæos montes litterarum & humanitatis studia mirifice propagauerunt. Rudis erat C. Marius & Græcorum sapientiarum inimicus: at cultior imperatore suo Marianus miles Sertorius, qui res suas in Hispania firmaturus, animorum formationi ante omnia consultum voluit, & Olcæ, quæ ampla ciuitas sub Pyrenæis erat, magistris constitutis nobilium filios *Ἑλληνικοῖς καὶ Ῥωμαϊκοῖς μαθήμασι*, Græcis & Romanis litteris, ut Plutarchus refert, erudiri curauit. Nec minor aliis in oppidis prouentus studiorum fuit, ut vel Corduba potest argumento esse, quæ quanquam pingue ingenium Ciceroni visa est alere; tamen id cultu & industria profecit, ut Lucani exemplo & Senecarum probaret, quam nihil contemnendum sit ut barbarum, cuius culturam non satis comperitam aut exercitam habemus. Emeritenses Cæsaraugustanos, Tarracconenses consulto præterimus, de quarum ciuitatum scholis non est quod dubiter, qui Romanorum in augustis coloniis non ignorat consuetudinem. In Galliam per Pyrenæos saltus reuertimur, &
quæ

quæ solo freto disiuncta est, in Britanniam. Huius præses Iulius Agricola, ut Tacitus gener eius auctor est, *principum filios erudire instituit, ingenia Britannorum, studiis Gallorum anteferens*, quod etiam ita feliciter cessit, ut *qui modo linguam Romanam abnuerant; etiam eloquentiam & ceteras artes concupiscerent.* Et si autem Britannis solis Agricola in Transalpinis *ingenium*, id est naturæ promptiorem vim & facilitatem; Gallis difficilius *studium & laboris conatum* videtur tribuere; non tamen ita steriles litterarum Gallicanæ ciuitates erant, quin & numero scholarum & frequentia ac studio discentium Britannis anteirent. De Rhemis sine Durocortoro, ut Cæsar appellat, Cornelii Frontonis, ex Hadriani sæculo grammatici, vox nota est, a P. Consentio, itidem vetere grammatico, conseruata, **ILLAE VESTRAE ATHENAE DVROCORTORO** (nam & *Durocortorum & Durocortoronem* inflectebant) quod illustre nomen haud aliud, quam artium & disciplinarum officinam significat. D. Magnus Ausonius in Professoribus Burdegalam, patriam suam, adnumerat, & Tolosam, & Narbonem: ac ad Gratianum panegyrico *municipales scholas* collaudat Lugdunensem & Visuntionensem: tantumque in augusto discipulo profecit, ut Galliarum prætorii præfecto, sub initium imperii sui, ediceret, quo *per omnem diæcesin in ciuitatibus, quæ pollent & eminent, claritudine præceptorum optimi quique erudiendo præsideant iuuentuti.* Rhetores & grammaticos Atticæ Romanæque doctrinæ intelligit, ut ipse imperator legexi Cod. Theodos. de Med. & Profess. (vnde nostra verba deprompta sunt) interpretatur, & annum iisdem salarium constituit, ut *singulis urbibus, quæ metropoles nuncupantur, nobilium professorum electio celebretur.* Maxime vero Aeduorum in litteras amor in admirationem potest abripere. Horum enim in primaria vrbe, cui Augustoduno nomen est, tantus honor litteris fuit habitus, ut Mœniana ædificia in ipso ore ciuitatis ac transitu aduenientium inter augustissima deorum templa sacre Musæ possiderent, quæ cum comuni Galliarum malo, Bagaudica rebellionem, euersæ fuissent; Eumenius, Rhetoricæ professor a Constantio Cæsare, Constantini patre constitutus, pro instaurandis illis ad perfectissimum virum, Galliarum præsidem, verba fecit luculentissima. Digna tum epistola Cæsaris, auctoritate simul Augustorum perscripta, tum ipsa Eumenii pa-

nes

negyrica oratio, ad quam curas nostras paullo vehementius adstrin-
gamus. MERENTVR, inquit princeps iuuentutis, GALLI NOSTRI,
VTEORVM LIBERIS QVORVM VITA IN AVGVSTODVNENSIVM
OPPIDO INGENVIS ARTIBVS ERVDITVR ET IPSI ADOLESCEN-
TES QVI HILARI CONSENSV MEVM SVSCEPERE COMITATVM VT
EORVM INDOLI CONSVLERE CVPIAMVS. Principibus digna cu-
ra, etiam salutaris reipublicæ, iuuentuti prospicere, illamque optimis
quibusque artibus erudire, quibus eos maxime exornari percupi-
ant, quos comites habent & ante oculos, hoc est nobilissimos ado-
lescentes, & rebus aliquando præficiendos. HIS ait, QVOD A-
LIVD PRAEMIUM, QVAM ILLVD CONFERRE POSSVMVS,
QVOD NEC DARE POTEST NEC ERIPERE FORTVNA? De
patria certe merentur optime, non qui fines illius proferunt, aut
splendidis operibus & substructionum molibus exornant, sed qui
sacræ largitionis dono studia litterarum benignissime conseruant.
His enim studiis thesauri adquiruntur, qui supra fortunam sunt, &
soli animum, dilapsis ceteris bonis, constantissime tranquilliant.
SALVO IGITVR PRIVILEGIO DIGNITATIS TVAE HORTA-
MVR, VT PROFESSIONEM ORATORIAM REPETAS, ATQVE
IN SVpra DICTA CIVITATE AD VITAE MELIORIS STV-
DIVM ADOLESCENTIVM MENTES EXCOLAS, NEC PVTES
HOC MVNERE ANTE PARTIS ALIQVID TVIS HONORI-
BVS DEROGARI, QVVM HONESTA PROFESSIO ORNET
POTIVS OMNEM, QVAM DESTRVAT DIGNITATEM. Fu-
erat Eumenius sacræ memoriæ magister, atque sic summa in palat-
io dignitate, quam Cæsar haudquaquam imminui dixit, si libe-
ralium disciplinarum professio accedat. Tanti Constantius studia
litterarum eorumque professores fecit, cui ita Eumenius erudita o-
ratione dignas laudes rependit, vt nec Augustorum, quorum tum
Cæsar Constantius erat, honorificam mentionem præteriret. Inter-
esse ait principum gloriæ, vt adolescentes recte instituerentur, ne
ii, quos ad spem omnium tribunalium, aut ad stipendia cognitio-
num sacrarum, aut fortasse ad ipsa palatii magisteria prouehi oport-
et, rudes rerum tractandarum sint, aut incerta dicendi facultate im-
pediantur magis, quam se explicent. Qua cura principes in primis
consequantur, vt patres patriæ illos, immo omnium liberorum,

quos patria habet, parentes appellemus: qui frequentiam honestissimæ iuuentutis, illustrato studiorum honore, prouideant: & conuentui iuuentutis non præceptores modo eligant, verum etiam *locum exercitiis illius dedicatum instaurari atque exornari velint, cum parum se satisfacere voto & conscientie suæ credant, si non ipsarum quas appetunt, gloriarum templa constituant.* Hanc Constantii in bonas litteras beneuolentiam cogitauimus, cum Reuerendissimus & serenissimus Princeps ac Dominus noster CHRISTIANVS Dux Sax. Iul. Cliv. & Montium, Postulatus Administrator Episcopatus Merseburgenses, &c. patriæ pater indulgentissimus, pro incredibilem erga iuuentutem regionum suarum sollicitudine Aedem Musarum magno sumtu ita reparauit, vt nihil præter externos parietes, & ne tectum quidem relinqueret: interiora cuncta ex fundamentis renouaret. Hæc, inquam, cum renouari vidi, Constantium & simili liberalitate principes cogitare cœpi & cum optimo nostro patriæ Patre contendere, qui iis, quos laudauimus, vel ideo anteferri meretur, quod plures illorum profanis tantum studiis prospexerunt, noster & sacra & cetera honestissima quæque coniungit, suisque auspiciis & largitione propagat, vt ita nostro serenissimo Principi tantum aut plus etiam patria debeat, quantum prouinciarum cultus atque studia principibus priscis Romanorum. *Mœnianam* Augustodunensium scholam Eumenius laudat, quod nomen siue a Menio inuentore huiusmodi structuræ est, vt vulgo Asconium Pedianum interpretantur: siue a prominentia contignationum, quæ *mœnia* appellari Salmasius in Spartiani Pescennium contendit: siue denique ab vrbiū munimentis, tanquam mœnibus apposita ædificia, quod Iacobo de la Baune, Gallico scriptori placet; non alias quam augustas & magnificas substructionum moles notari intelligimus, vt æque de nostro gymnasio dici possit, Mœnianum esse, quum non facile scholam reperire liceat, cuius vno tempore omnia auditoria ita ornata fuerint & amplificata. Nec minus nostra schola, quam illa Aeduorum, *in ore vrbis & transitu aduenientium* apposita templis est ac illustrissimæ Aulæ, vt omnium in conspectu sit, & vel ex situ cognoscatur, istud seminarium esse, vnde tam Ecclesia, quam res civilis, & ministeria aulica repetere debeant, qui publicam rem aliquando recte atque ordine administrant, Præcipuam laudem

Mœni

Mœnianis suis Eumenius petit ex templorum vicinitate. AD HOC, inquit, OPVS ILLVD REDDIT ILLVSTRIVS, QVOD PRA CIPVE EST LOCO POSITVM, QVASI INTER IPSOS OCVLOS CIVITATIS, INTER APOLLINIS TEMPLVM ATQVE CAPITOLIVM. (Romani Capitolii in prouincia imita- mentum) VT VELVT COGNATO VICINORVM TEMPLVM TENERENTVR AMPLEXV, QVVM AVGVSTISSIMA TE CTA LITTERIS DEDICATA INDE ATHENARVM CON DITRIX MINERVA CONSPICERET, HINC APOLLO ME DIVS CAMAENARVM. VT ANTE ARAS QVODAMMODO ELOQVENTIAE VSVM & (ceteras exercitationes) IVPITER PATER ET MINERVA SOCIAETIVNO PLACATA EXAVDI ANT. Melior, situs est nostræ Mœnianæ scholæ, quæ minime ne- fandis paganorum delubris, sed hinc vnus & summi Dei templo sanctissimo, illine reuerendissimo Conuentui, quem Capitulum vocamus, connexa est: etiam Iustitiæ templo, hoc est illustrissi- mæ Aulæ, admodum propinqua, in qua præsentiora numina, quam Iupiter, Apollo, Iuno, Mineruaerant, serenissimos Principes veneratur; & ante illorum oculos, & præsentem venerabili Collegio, quod diximus, quotidie agit, quod honestum & e re nostra publi- ca est, iis artibus pueros & adolescentes instituendo, quæ verum de Deo sensum, & amorem virtutis inculcant, atque per omnem vitam conseruant. Tam illustrem & conspicuam ædem Musarum pridie Nonas Februarias, quod feliciter verat, ita dedicaturi sumus, vt ex utraque cathedra, quæ fausta & boni ominis sint, auspicatissime audiantur. Superioris cathedræ dedicationem mihi sumendam po- tius, quam cuiquam delegandam, ex officii quod sustineo, ratio- ne putavi: inferiorem egregiis adolescentibus IO. CHRISTI- ANO SCHMIDIO, Leucopetræo, & ISRAELI CLAV- DERO, Dólicensi, primis auspiciis legitime inaugurandam per- misi, qui etiam, quo prompto ingenio & probe exculto sunt, sum- ma alacritate id munus susceperunt, & quum ipse *de institutionis me- thodo* nostris temporibus accommodata, præfatus fuero; quod res iubet in scholastica inauguratione, vterque edisertabunt, ille qui-

450 1990 07

quidem insigni domus suæ exemplo excitatus *de necessitate studii literarum*; hic de e. usdem, qua nostrum sæculum pollet, mirifica *facilitate*. Dedicacionis ritum veteri Romanorum more antiqua formula & conceptis verbis, vetusto marmore conseruatis, auspicato peragemus, demtis, quæ impia sunt, aut in meliorem ritum transmūtatis. Magna enim olim religione tam Græci quam Romani, si cui deorum ædem belligerantes vouerant, vel alia pietatis causâ exstruxerant aut renouarant; dedicacionis solennitatem celebrauerunt, vt diem illum sacrum & auspicalem inter vota & publicam lætitiã tranfigerent, atque ea dicerent facerentque, quæ fausti ominis esse & semper fore viderentur. Horum laudatissimos ritus, demtis erroribus, vt nostri Mulagetæ, illustres viri, Consiliarii Intrinseci, reuerendissimi que Collogii Proceres, patroni scholæ; magnifici Consiliarii, venerabiles Inspectores, & quot quot fauent bonis litteris, beneuole imitentur, & bene Gymnasio precantes quod faustum & salutare est, acclament, atque ita solennitatem honorifica sua præsentia splendidiorẽ efficiant; per illa ipsa, quæ in æde dedican-da tractantur, honestissimorum studiorum sacra, quo par est studio & obseruantia, idemtidem rogamus & contendimus. R. P. Merseburgi III Non. Februar. CIOICLXXXIX.

kom

115



h. 113, 27.

x 20

AEDES M
GYMNASII MER

AVSPI
REVERENDISSIMI
PRINCIPIS

D. N. CHR
DVCIS SAX. I
MONT. POSTVLATI A
SCOPATVS MERSEBURG
RINGIAE MARCHION
TIAE VTRIVSQUE PR
GIAE COMITIS DE
PVRG DYNASTAE
PATRIS PATRIAE

RENO

A. D. IV FEBR V
HORAM M
RITE ET A
DEDIC



AD SACRAM PAN
REG

M. CHRISTOPHO

MERSE
Typis CHRISTIA

d
990



RECU
IANA

uete
ind.

